Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

laborem abicite: et nobiscum gaudentes
deliciis vosmetipsos et voluptatibus exhi
bete. Quare sicut insani duro labore
deficitis: et vite vestre tempus tristissimis
fatigacionibus occupatis? Et hec dicen
tes solvebantur super risu: et dabant plau
sus manuum multis increpacionibus in
sultantes. Hec illis agentibus serena
tempora successerunt. Et ecce floribus
roseis vernantes campi nemoribus
pampineis ornabantur, et crispas botro
rum sertas exhibebant. Suo partu sar
menta et vario genere tale arborum mel
liflua poma gignebant: in quibus vide
mus usque hodie quantum habundare et
fructum pariter et decorem. Tunc gau
dentibus illis qui putabantur vani: cepe
runt flere qui videbantur sani: et qui in
sua fuerant sapiencia gloriati in nimia pe
stilencia perierunt: et sera penitudine mu
gitum sui oris gemitumque reddentes sibi
invicem loquebantur. Isti sunt quos ali
quando habuimus in derisum: laborem ipsorum
putabamus opprobrium: vitam eorum execra
bamus ut miseram personam eorum iudicaba
mus indignam: et conventum eorum sine ho
nore. Isti autem inventi sunt sapientes
et nos probamur miseri tunc fuisse et insipi
entes et vani: quando nec ipsi laboravi
mus, nec laborantibus auxilium pro labore
prestavimus: quinimmo eos in deliciis positi
irrisimus, et dementes credidimus: quos
fulgentes nunc aspicimus et florentes.
Ad hec prefectus ait. Sapientem te quidem
video prestrictum: sed non ad interrogationem
meam videris dare responsum. Valeria
nus dixit. Stultos nos et insipientes esse
dixisti, quod facultates nostras egentibus
damus, et advenas suscipimus: opem vi
duis ferimus: orphanis subvenimus:

inhumata corpora tegimus, et honesta
dei martiribus condimus sepulturas. Insipi
entes nos esse et insanissimos iudicas,
quod cum letantibus non letamur, neque cum
voluptuosis deliciis resolvimur: et
ignobilis vulgi oculos nos illustres
et nobiles ostendimus. Veniet tempus
in quo fructus nostre tristicie colligamus,
et nobis gaudentibus lugeant hi qui nunc
in suis gaudiis extolluntur. Tempus enim
seminandi est modo. Qui in ista vita se
minaverit gaudia, in illa vita luctum
et gemitum metent: qui seminaverint
lacrimas temporales, in illa sunt vita
gaudia sempiterna messuri. Almachius
prefectus dixit. Ergo et nos et invictissi
mi principes nostri eternum habebimus luctum:
vos vero perpetuum possidebitis gaudium?
Valerianus dixit. Quid enim estis vos aut
principes vestri? Homunciones enim estis
tempore vestro nati, et expleto tempore vestro
morituri: tantam reddituri domino racio
nem, quantam vobis potestatis tradidit
summam. Almachius dixit. Quid ver
borum circuitu immoramur? Offerte diis
libamina, et illesi abscedite. Respode
runt ambo fratres et dixerunt. Nos non
diis, sed deo sacrificium cottidie offerimus.
Et quis est deus alius ut nos de eo interroges?
Est enim alius preter unum? Al
machius dixit. Ipsum unum quem dicitis
nomen eius edicite. Valerianus dixit.
Nomen dei non invenies, etiam si pennis
volare possis. Almachius dixit. Ergo
Iovis nomen non est dei? Valerianus
dixit. Nomen est hominis corruptoris
atque stupratoris, et homicidam illum vestri
auctores commemorant, et criminosum
littere vestre demonstrant. Hunc tu deum
miror qua fronte locutus sis: cum deus